



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De monachis ac monachabus qui se sacrilega contagione miscuerunt.
xxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

De monachis & monachabus, qui se sacrilega contadione miscuerint. Cap. XXIX.

Ex epist. Syrici p. pae, ca. 6. **I**M pudicas detestabilesq; personas, monachorum licet atque monacharum, quæ abieicto proposito & titatis, illicita ac sacrilega contagione se miscuerunt, & abruptum conscientiae desperatione productæ, de illicitis complexibus liberè filios procreauerūt, à monasteriorum cœtu Ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facient continua lamentatione deflētes, purificatorio possint per nitidinis igne decoqui, vt eis vel ad mortē saltem soli misericordiæ intuitu per communionis gratiam posse subueniri.

Vt non liceat Deo sacratis nuptialia iura contrahere.

Caput XXX.

Ex cōcil. Chalced. cap. 16. **V**irginem quæ se Deo domino consecrauit, similiiter monachum non licere nuptialia iura contrahent. Quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes, excōmunicantur. Confitentibus autem, decreuimus ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus, misericordiam, humanitatemque largiri.

De his qui sanctimoniales in matrimonium acceperint, separati sine spe coniugij maneant. Cap. XXX.

Ex epist. Pascuelis pae, ca. 11. **H**igitur qui sc̄iētes sanctimoniaibus fœminis in matrimonio sunt ad iniuriā Christi copulati, iuxta consuetudinem Christiani zeli se parentur, & nunquam eis condatur iugali vinculo religari, sed in pœnitentiæ se lambent vehementer, dum viuunt, affiant.

De virginibus quæ præuaricatae sunt. Cap. XXXI.

Ex decr. Gelasii p. pae, ca. 10. **V**irginibus sacris temerè se quosdam sociare cogimimus, & post dicatum Deo propositum, incestuosa, sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est a cræ communione detruidi: & nisi per publicā probatam pœnitentiā omnino non recipi, sed tamē his viaticum seculo transiuntibus, si dignè pœnituerint, non negemus.

Vt vidue velum sibi imponere non debeant inconsulto episcopo suo, & ne presbyteri eis imponere præsumant, quod episcopis non licet. Cap. XXXII.

Ex cōcil. Rotoma. cap. 9. **S**tatum est viduas non debere velare. Similiter statutum est, vt si quispiam presbyterorum deinceps, fessa, tentatio-